enim et quanta nunc coram intueor, miror et obstupesco, nun
quid hi pueri sunt leui tenera rudi pariter imbellique ætatula, et ta
pie, tam fortiter, tam constanter meis conatibus restitit, nunquid
huic ætati nihil promis est acceptius, et hi tam magnanimiter ea
despiciunt, en ut ne solum quidem ea aspiciunt nonne pueritiæ io
cundissima est oculorum libertas atque licentia? et hic quantam
eorum continentiam quam arctam custodiam aspicio, o factum
omni laude prædicatione litteris monumentisque dignissimum
scio nunc cognosco quæ huius cœnobii disciplina, quæ morum in
tegritas, ueni uidi, obstupui, ueni inquam nec venisse piget dum
tam præclaro facinore pascere oculos animumque licuit Romam ad
uolent alii triumphos spectaturi, hic splendidius mihi triumphus
videtur de se ipso triumphare, ad Olympia festinent alii ad
theatra confluant, ubi Græciæ iuuentus currus curules exercet
ubi victores olea donati reuehuntur ad patriam, hoc mihi
S: Galli cœnobium theatrum est hæc mihi Olympia ubi virt
utes exercentur, ubi victores palmam nunquam marcessibilem
accipiunt, Cœlestemque uehuntur ad patriam. Beatos igitur pu
eros qui dum vestros continuistis oculos, omnium in uos non o
culos modo sed animos conuertistis, magnes quidem hanc inger
itam sibi virtutem possidet ut ferrum attrahat prope tamen
appositum, uos autem non magnete sed magnitudine nec non
admirabili uestræ virtutis fama remotissimos et præsules et
imperatores exciuistis, attraxistis attractosque gaudio stupore
et admiratione complevistis, Struthio solo quidam aspectu fou
et oua, uos verò non aspiciendo poma quot mortalium ani
mos pulcherrimo hoc continentiæ exemplo fouistis et excitast
is, omnes omnis ordinis sexus et ætatis, quod discant obseru
ent, imitentur, colant, suspiciant, exactissimum in uobis spe

License: CC-BY-NC – Zürich, Zentralbibliothek, Ms. D 147, f. f.%20320v – Collection of oratory practice pieces in Latin by novices at the monastery of St. Gall, 1660 (http://www.e-codices.ch/en/zbz/D0147/f.%20320v)